

Primi sententiarum

Intra materias

C trinitatis et personalis distinctionis. Et ad maiorem declarationem precedentis questionis quero adhuc utrum aliqua distinctio sit in deo concedenda. alia a distinctione reali trium personarum in una essentia. Arguitur primo quod sic quod aliqua est distinctio in deo inter essentiam et personam sive proprietatem personalem et illa non est distinctio realis. igitur et sequentia patet et minor apparet quia essentia est persona sive proprietatem personalem et similiter e contra. sed maior probatur quia de essentia et persona sive proprietate personali verificatur contradictoria ex natura rei ergo non omnino idem ex natura rei. cosequentia videtur nota sed assumptum patet quia essentia non generat et pater seu paternitas generat similiter est essentia communicabilis sive persona sive proprietatem personalem non est communicabilis. quare et. Secundo sic aliqua est distinctio in deo inter perfectiones attributales et perfectionum attributalium ad divinam essentiam et illa non est distinctio realis. igitur et sequentia patet. et minor similiter apparet. Quia quicquid est perfectio attributalis est divina essentia et similiter e contra. sed maior probatur quia secundum Augustinum. xv. de trinitate. c. v. omnes divine perfectiones sunt equales sed equalitas non est nisi inter aliquo modo distincta. Similiter essentia divina est fundamentum omnium perfectionum attributalium. nulla autem talis perfectio est fundamentum omnium perfectionum quia non sui ipsius ergo inter essentiam et. Tertio. aliqua est distinctio in deo inter ideas rerum producibilium et illa non est realis. igitur et. sequentia patet et minor apparet quia in deo nulla distinctio realis conceditur nisi inter personas sed maior probatur quod secundum Augustinum. lxxv. q. xlvj. alia ratione dicitur est homo alia ratione dicitur equus et per istas rationes intelliguntur ideas in deo ut patet ibidem. quare et. In oppositum arguitur quia secundum communem regulam Augustini. in divinis omnia sunt unum ubi non obviat relationis oppositio sed solum inter personas est relationis oppositio et per consequens distinctio. quare et. In ista questione iuxta materiam trium argumentorum erunt tres articuli. In primo videbitur utrum in deo sit aliqua distinctio inter essentiam et personas sive proprietates personales. In secundo videbitur utrum in deo sit aliqua distinctio inter essentiam et suas perfectiones attributales. In tertio videbitur utrum in deo

sit aliqua distinctio inter essentiam et ideas sive rationes causales et. **B** Quantus ad primum. Primo primitam tres suppositiones. Secundo ponam tres conclusiones. Tertio obijciam per aliquas rationes. Circa primum punctum sciendum est quod quadruplex potest imaginari distinctio quedam essentialis que est plurium essentiarum quarum una non est alia. Alia realis que est plurium rerum quarum una non est alia. Distinctio autem distinctio essentialis est realis. sed non e contra. quia licet ista sit in creaturis non tamen in divinis ubi plures res sunt una indivisibilis essentia et secundum aliquos nulla est vel esse potest distinctio nisi essentialis vel realis. quia non videtur eis quod sit imaginabilis distinctio nisi inter extrema que sunt plures essentie vel realitates distincte. sed secundum alios est quedam distinctio formalis et alia distinctio ex natura rei sive modalis. quarum neutra est inter extrema que sunt necessario plures res. sed possunt esse eadem res et talem concedunt aliqui esse in deo inter essentiam et personam. Aliqui inter essentiam intellectum et voluntatem sapientiam et bonitatem et sic de alijs. Aliqui etiam inter ideas et. Sed utrum talis distinctio sit ponenda et qualiter intelligenda. patebit postea. Tunc ad propositum sit prima suppositio quod essentia divina non distinguitur realiter a persona nec e contra. Patet quia aliter esset quaternitas in divinis per declarationem ecclesie. consequentia patet. Item patet per regulam Augustini quod deus est quicquid habet ex sua simplicitate excepto quod una persona habet aliam et tamen non est illa. Item patet per regulam Augustini. supra dictam. Secunda est quod essentia divina non differt realiter a relatione seu personali proprietate nec e contra. Patet sicut precedentem. Tertia est quod persona divina et relatio sive personalis proprietatem non distinguuntur realiter. Patet. quia vere dicitur quod pater est paternitas et e contra et sic de alijs. Et istud sequitur ex duabus primis suppositionibus et posset probari eisdem rationibus ut patet satis. Hinc propositio sit hec prima conclusio quod essentia divina tam idem est persone vel relationi sive personali proprietati quam idem est sibi ipsi. Probatur. quia tam idem est et sic sicut propter idempnitatem essentie ad essentiam verificatur ista essentia est essentia sic propter idempnitatem essentie ad personam verificatur ista essentia est persona et ut patet ex suppositionibus premissis et. Secundo probatur quod eadem idempnitatem qua essentia est esse

questio sexta

ita eadem idempnitatem essentia est persona et. **T**ertio probatur quia si essentia esset una persona et non plures clari est quod ipsa esset tam idem persone quam idem esset sibi ipsi sed modo non minus est idem persone quam tunc foret. quia non minus videtur esse idem persone per hoc quod idempnitatem alteri persone. quare et. **S**ecunda conclusio est quod inter essentiam et personam vel relationem sive proprietatem personalem non est aliqua non idempnitatem quam proprie debeat vocare distinctionem formalem. Probatur primo ex predicta conclusione quia inter essentiam et essentiam nulla est omnino non idempnitatem et. ergo nec inter essentiam et personam et. Secundo probatur quia imaginabile est sit aliqua non idempnitatem sive distinctio nisi plurium et imaginabilis est pluralitas nisi res. quod patet de divinis personis. Unde minima distinctio que ponit ecclesia posse stare cum summa simplicitate divina ponit reale et inter res. videtur autem probabile quod ecclesia firmiter credens in deo summa esse simplicitatem et unitatem si minor distinctio vel non idempnitatem potuisset imaginari se esse reale illa ad minus apparenter obviandum divine simplicitati divinis personis attribuisset quare illa non videtur possibilis et. Tertio probatur quia proprie loquendo de distinctione si cut sequitur a. z. b. distinguuntur realiter ergo sunt distincte formaliter. sic sequitur. a. z. b. distinguuntur formaliter. ergo sunt distincte formalitates. sed essentia et persona et cetera non sunt distincte formalitates ita scilicet quod sint una res non tamen eadem formalitas sed multe formalitates sive rationes aut perfectiones formales ex natura rei seu quous alio nomine non minent quod patet quia realitas et formalitas essentie sunt omnimode idem sicut realitas est idem sibi ipsi. Et similiter realitas persone aut relationis et. igitur sic non est alia realitas essentie a realitate persone et. sic nec erit alia formalitas et sequentia patet et antecedens patet. quod aliter esset processus in infinitum in formalitatibus. Sic ergo patet quod essentia et persona et non distinguuntur formaliter. nec etiam distinguuntur realiter. Aliqui enim ponunt inter istas differentiam sed non curio et. Si vero dicatur quod sic imaginabile est plures res esse una essentia sic est imaginabile plures formalitates esse unam rem et non plures dico quod sive hoc sit imaginabile sive non non potest sequi in proposito ita est. Porro distinctio non est imaginabilis pluralitas nisi rerum primum aut imaginari et firmiter de revelante creditur. sed secundum si ore dicam non tamen intelligi

mus et. **D** Tertia conclusio est quod inter essentiam et personam vel relationem sive proprietatem personalem est aliquis modus non idempnitatem quam larget ad bonum sensum possumus vocare distinctionem formalem. Probatur sic. quod docuit aliqua supponunt per eodem omnibus modis quicquid competit uni competit alteri nec possunt de eis verificari contradictoria nisi aliquis modus dicendi logicalis aut grammatialis hoc impediat. sed posito quod iste terminus per vel primitatem haberet omnes modos grammatiales aut logicales eodem sensu similes. quales habet hoc nomen essentia seu deitas. adhuc esset hec vera essentia est filius et similiter hec pater non est filius. similiter essentia est communicabilis et paternitas non est communicabilis ergo cum idem affirmetur de essentia et negetur de patre et paternitate nec hoc contingat propter diversitatem modorum grammaticalium et logicalium ergo hoc est propter aliquem modum non idempnitatem inter illud quod significatur per essentiam et illud quod significatur per patrem et. Et per consequens inter essentiam et patrem ex natura rei est aliquis modus non idempnitatem. Secundo confirmatur ratio quia capio istas essentia est filius pater est filius aut subiectum in utraque per eodem omnibus modis ex parte rei supponit aut non. Si sic ergo cum idem sit predicatum utriusque vel utraque erit vera vel neutra. sequens est falsum. sed sequentia patet quod aliter non appareret ratione una sit vera et non alia. Si non habet propositum. Tertio sic quia quando aliqua nomina idem significant omnibus modis et habent omnes similes modos significandi. illa vere sunt synonyma. quia aliter non potest assignari quod liter aliqua nomina sunt synonyma. Igitur si ista nomina essentia et paternitas significant idem omnibus modis ex parte rei cum habeant omnes modos significandi conformes et si non habeant quod tamen non videtur posse assignari volo tamen quod habeant quia hoc est ad placitum sequitur ergo quod non vere erunt nomina synonyma. Tunc sic quandoque aliqua nomina sunt synonyma quicquid verificatur de uno sumpto significatur seu personaliter verificatur etiam de reliquo sumpto similiter. igitur si hec sit vera essentia est filius et hec filius est paternitas quod est manifeste falsum. **E** Iste sunt in virtute rationes occurrentes ad probandum conclusionem predictam. Sed predicta conclusio arguitur primo sic quod sic quicquid distinguuntur realiter sunt plures res sic quicquid distinguuntur formaliter sunt plu-

Primi sententiarum

res formalitates ergo si eētia zc. essentia et paternitas sunt plures formalitates eiusdem rei qd est cōtra supradicta. Unde roborat ratio sic. quia distinctio eēntialis est distinctio rerū z distinctio rōnis distinctio rationū et distinctio materialis distinctio conditionum materialū ergo etiā distinctio formalis est distinctio rationū formalū seu formalitātū quare sequit̄ positū zc. Secundo sic sicut se habet distinctio realis ad distincta realiter z sicut distinctio ratiōis ad distincta ratione. ita distinctio formalis ad distincta formaliter sed quicūq; aliqua distinguunt realiter vel rōne. nō tantū ptingit dicere q; vnū nō est realiter aliud vel nō ē eōdem ratiōe aliud sed etiā ptingit vere dicere q; vnū nō est aliud ergo si eēntiaz relatio distinguunt formaliter nō tantū erit verē dicere q; essentia non ē formaliter relatio sed etiā q; eēntia nō ē relatio. Unde etiā inter illa que distinguuntur materialiter vnū nō est aliud ergo similit̄ zc. Tertio sic quia posita tali distinctione reali personarū sicut ex distinctione ratiōis inter aliqua nō potest haberi distinctio que cuiq; ex natura rei ergo sicut aliqui arguunt ex distinctione ex natura rei ipaz personarū. distinctionē ex parte rei inter eēntiā z relationem ita ex distinctione reali personarū ptingeret arguere distinctionē reale inter eēntiā z relationem. Quarto sic sicut de eodē formalit̄ nō possunt p̄tradicoria verificari formalit̄. sic de eodē realiter nō ptingit cōtradicoria realiter verificari igit̄ ad hoc q; eēntia sit realiter p̄municabilis z relatio nō sit realiter cōmunicabilis nō sufficit q; eēntia z relatio nō sint idē formaliter sed requirit̄ q; nō sint idēz realiter z sic cōtra p̄clusionē zc. **P**ro solutione p̄dictoz z ampliori cōclusionis d̄claratione sunt aliqua p̄mittenda. Notādū est ergo q; distinctio sine distingui ex natura rei potest intelligi duplicit̄. Uno mō p̄prie z tūc distinctio ex natura rei nō est nisi plurimū realitātū quarum vna nō est alia. de tali distinctione loquit̄ secūda cōclusio. Alio modo improprie quā scz aliq; res est plures res z quelibet illaz z tunc ipa que est plures res z illa res que ē ipa q; non est plures improprie dicunt̄ aliq; mō distingui ex natura rei quia de ipis ex natura rei p̄t̄ p̄tradicoria verificari z de tali distinctione improprie dicta loq̄

tur tertia conclusio. z pōt vocari distinctio formalis qz noia signit̄ ad placitū. p̄mo modo nulla res distinguit̄ ab aliq; qd ē ipa z sic eēntia nō distinguit̄ a p̄sona vel relatiōe zc. bene scdo mō qz eēntia ē realit̄ p̄sona z ipa ē plures res z nō p̄sona z sic ponit̄ p̄clusio p̄dicta. Ex hac distinctione sequunt̄ aliqua. Primo sequit̄ q; talis distinctio formalis nūq; ē nisi rōne distinctionis realis. patet qz nō ē nisi vbi sunt distincte tres q; nō sunt vna res zc. Scdo sequit̄ q; talis distinctio formalis nūq; est i creaturis. patz qz ibi nūq; vna res ē plures z q; libz eaz sed bene in diuinis nec est ibi p̄cedenda nisi vbi credita nos cōpellūt. quare zc. Tertio sequit̄ ista regula q; quādo cuiq; aliqui termini dicunt̄ de se i inuicē p̄uertibiliter z hoc p̄uersione nō regulata p̄ hoc distributiū q; quid v̄l omnis res que ē. tūc de ipis significatiue sumptis verificatur distingui formaliter z nunq; aliter patet ex diffinitōe qd nois zc. Exemplū p̄mi omnis eēntia diuina ē paternitas z ois p̄nititas ē essentia diuina z sic isti termini distinguunt̄ p̄uertibiliter nō tamē p̄uersione regulata per q; quid est. quia licet quicq; d̄ paternitas sit eēntia nō tamē ecōtra ideo eēntia z paternitas distinguunt̄ formaliter. Exemplūz scdi mēbz̄ q; quid ē essentia diuina ē deitas z ecōtra Ideo eēntia diuina z deitas nō distinguunt̄ formaliter. Quarto sequit̄ ex p̄dicta regula q; vna p̄sona diuina nō distinguit̄ formaliter ab alia nec p̄sona a relatione seu p̄sonali p̄prietate vel econtra. p̄vima pars patet quia vna p̄sona nō est alia mō ad hoc q; a. z b. distinguunt̄ formaliter requirit̄ q; a. sit b. vt patet ex qd nomis. Secūda patet quia q; quid ē pater ē paternitas et ecōtra z ita ē de alijs p̄sonis z relatiōibus zc. q̄re zc. Si vero dicat̄ paternitas ē in patre z pater nō ē in patre ergo aliquo mō distinguunt̄. Respondeo q; omnis p̄positio cōposita ex terminis istis pater z paternitas in q; p̄dicat̄ verbū qd ē noia distinctiois ē falsa d̄ p̄vite sermonis licet possit esse vera ad bonum sensuz p̄munit̄ loquētū. talia aut̄ verba sūt sicut habere p̄struere esse i z huiusmodi. Ideo dico q; paternitas nō est in patre scz magis est in filio scilicet per circūncēssionē Ad bonū sensum tamē p̄cedit̄ q; paternitas ē in patre z nō in filio est pater. Sed de hac materia magis alias videbit̄. **D**ns p̄missis responderetur ad p̄dictas rationes.

Questio sexta

Ad p̄mā negat̄ sequētia z dico q; nō sūt p̄cedende plures formalitates p̄pter rōez supradictā qz esset p̄cessus in infinitū in formalibus. Ideo p̄cedo q; eēntia diuina seipsa sine omni distinctione a parte sui est eadē realit̄ cuius relatiōe z distinguit̄ formalit̄ ab eadē nec aliquo p̄uenit z alio differt. nec distinguit̄ formalit̄ p̄ aliquā formalitatē nec oportet q; sic distinctio realis est distinctio rerū zc. q; etiā distinctio formalis de q; loq̄mur sit distinctio formalitātū. z sic patet ad rōnez Ad secūdam negat̄ assumptū q; sicut se habet distinctio realis ad distincta realiter sic formalis ad distincta formaliter zc. qz vt patet ex dictis distinctio formalis p̄supponit̄ idēp̄tate realē. Ideo quis in alijs distinctiōibz p̄tingat vnū negare ab alio nō t̄ in ista zc. Nō est enim simile de distinctiōe materiali z d̄ ista formalit̄. qz hic nō sumit̄ formalit̄ vt distinguit̄ p̄tra materialit̄ nec distinctio formalis ē formalit̄ seu formalitātū sicut materialit̄ materialit̄ zc. Ad tertiā p̄cedo q; ex sola distinctione formalit̄ nō p̄tingit habere distinctiōz realē a p̄ori. z ideo ex sola distinctiōe formalit̄ eēntie z relatiōis nō cōcludit̄ distinctio realis personarū a p̄ori sed ecōuerso ex distinctiōe reali personarū z idēp̄tate eēntie cū personis z relatiōibz. p̄tingit arguere distinctiōē formalē eēntie z relatiōis z sic distinctio realis triū personarū nō est qz eēntia z relatio distinguunt̄ formalit̄ sed magis ecōtra vt patet ex dictis quare zc. Ad quartā dico q; nō est simile quia idēp̄tate formalis nullaz cōparatur nō idēp̄tate vel distinctiōe zc. idō nullo mō p̄mittit̄ verificationē p̄tradicoriaz sed idēp̄tate realis p̄parat̄ aliquam nō idēp̄tate vel negationem alicuiusmodi idēp̄tatis ideo aliq; modo eā p̄mittit̄ zc. Si vero hic querat̄ an debeat cōcedi q; distinguunt̄ formalit̄. Et videt̄ q; nō qz cū formalit̄ nō sit determinatio distrahēs vel diminuēs sequit̄ distinguit̄ formalit̄ ergo distinguunt̄. Scdo p̄tradicō est via potissima ad p̄bādū distinctiōē realē ergo si de essentia z relatiōe verificent̄ p̄tradicoria sequit̄ q; distinguunt̄ realiter. Tertio realitas est in plus q; formalitas z p̄ consequens etiā realiter i plus q; formalit̄ ergo hic arguit̄ ab inferiori ad supius distinguit̄ formaliter ergo realiter. a. est formalitas zc. Ad hoc respondeat̄ vnde ad p̄mū quicq; sit dicendū de virtute sermonis dico tamen

q; ad bonū sensuz z ad intellectū supradictū potest p̄cedi q; distinguunt̄ formalit̄ z negari cōsequētia ergo distinguunt̄ quia distinctio formalis vt d̄ ea loquimur nō est distinctio loquendo simpliciter z p̄prie distinguit̄ formalit̄ vt hic sumitur est simpliciter distingui z sic li formalis z li formalit̄ est determinatio distrahēs vel diminuēs respectu distinctiōis zc. **D** Ad secundum dico q; cōtradicō est via potissima ad p̄bādū distinctiōēz realē quādo ita est q; negatio est simpliciter ita q; nullā circūcutionē potest alterum cōtradicōriozū verificari d̄ illo a quo negat̄. sed quando bene verificatur tunc solum est via ad p̄bādū distinctiōē formalē. Et sic est in p̄posito quia quis hec sit vera negatiua paternitas non est cōmunicabilis tamē hec affirmatiua est vera paternitas est illa res que est cōmunicabilis z ita de alijs in p̄posito z hoc solum contingit in diuinis vt dicit̄. Ad tertium dico q; nec formaliter est inferius ad realiter nec formalitas ad realitatem vt de formalitate hic loquimur vt quando dicit̄ eēntia z relatio distinguunt̄ formalit̄. li formalit̄ est ibi vnū purū sine theogoreuma sicut est per se vel necessario vel contingenter vel omnis z sic de alijs. Et ideo non plus est formaliter inferius ad realiter q; per se aut contingenter ad realiter nec formalitas ad realitatem q; p̄fectitas aut necessitas ad realitatem. Et si dicat̄ siue formalitas sit inferius ad realitatem siue nō tamē hec est vera omnis formalitas est realitas ergo eodē modo omnia distincta formaliter sunt distincta realiter. Respondeo q; hec nō debet concedi p̄prie loquēdo omnis formalitas est realitas. quia formalitas sicut hic loquimur est q; si quedam conditio totius p̄positiōis que nō est p̄prie aliquod ens reale. Unde simile est sicut de necessitate respectu realit̄ loquendo de necessitate que cōrespondet necessario. quando dicit̄ homo necessario non est asinus hic em̄ est quedā necessitas z tamē illa nō est aliqua vera realitas quia tunc esset aliqua vera realitas z realis necessitas a līa a deo sed illa necessitas est conditio totius p̄positiōis. Vel forte magis p̄prie loquēdo possit dici q; tales termini abstracti p̄fectitas necessitas cōrespondēt ad uerbyz siue sine theogoreumatis modificantibz p̄positiōē sunt termini ficti z p̄ nullo suppo-

nentes et ita de formalitate etc. Si dicat quod non loquimur de positione sed de re et de formalitate que est ex parte rei. Dico quod non loquamur de re tamen loquimur mediante positione et ideo concedo quod essentia et relatio ex natura rei distinguunt formaliter tamen illa formalitas non est in re ex natura rei sicut homo necessario est risibilis ex natura rei et tamen illa necessitas non est in re. Si ergo cum dicitur essentia non est formaliter relatio potest exponi quod non est predicatio formalis essentia est relatio quia non convertuntur per hoc distributivum quicquid est vel omnis res que est et sic possunt intellegi supradicta. **I** Quantum ad secundum articulum in quo videndum est utrum in deo sit aliqua distinctio inter essentiam et suas perfectiones attributales. Primo premitte notabilia et terminorum declarationes. Secundo ponam rursales conclusiones. Tertio arguam supra dicta per aliquas rationes. Circa primum notandum est primo quod perfectio attributalis potest accipi dupliciter uno modo proprie per aliquam perfectionem simpliciter divinam que est realiter de deo. Alio modo per aliquam predicabilem vere de deo et de omnibus tribus personis divinis divisim et coniunctim. Primo modo dico quod non sunt plures perfectiones attributales sed tamen una et indistincta re et ratione quod proprie et de virtute sermonis non debet dici esse in deo sed est omnibus modis ipsa divina essentia ut patebit. Secundo modo dico quod sunt plures perfectiones attributales ut patet. Secundo notandum quod perfectiones attributales secundo modo dicte non sunt proprie loquendo perfectiones divine sed sunt quedam signa vel precepta qui possunt predicari vere de deo et magis debet dici preceptus attributales siue nota attributa que perfectiones attributales. Unde proprie loquendo differentia est inter attributa divina rationes attributales et perfectiones attributales. Nam attributa proprie sunt nota siue signa vocalia supponenda immediate per perfectionem divinam. scilicet rationes attributales sunt conceptus mentales predictis attributis correspondentes. scilicet perfectio attributalis est illud per quod supponit immediate rationem attributalis. Ex hijs sequuntur aliquid. Primo sequitur quod attributa divina vel rationes attributales sunt plures et in multiplici differentia. quod quedam huiusmodi signa important ipsam essentiam divinam affirmatiue et simpliciter absolute sicut essentia deitas. quedam affirmatiue tamen connotando aliquid aliud sicut predestinatio creaturam etc. quedam vero negatiue sicut imutabile incor-

ruptibile etc. Secundo sequitur quod attributa divina et imperones attributales distinguunt essentialiter inter se et ab essentia divina patet clare ex dictis. Tertio sequitur quod attributa divina loquendo proprie non distinguunt ratione patet quod sicut unum quod quod est realiter extra animam est seipso formaliter ens et non per aliquid extrinsecum. ita est unum et a quilibet alio distinctum seipso ne per aliquid extrinsecum. et per sequens circumscribitur omnino qualibet ratione et quilibet ope intellectus talia attributa distinguunt seipsis. Verum est tamen quod una ratio attributalis ab alia distinguitur ratione quia seipsa. Sic iterum proprie loquendo et ad bonum sensum attributa divina distinguuntur ratione id est eis correspondet distincte rationes mentales etc. Quarto sequitur quod attributa divina vel rationes attributales non supponuntur perfectionibus distinctis essentialiter vel realiter. patet ex dictis et similiter omnes doctores in hoc concordant sed differenter quia aliqui tenent quod nec supponuntur perfectionibus distinctis formaliter seu quomodo cumque aliter et hoc infra tenebo et probabo. Alii tenent quod per distinctis formaliter et concedunt pluralitatem perfectionum divinam non tamen realiter sed solum formaliter distinctarum sicut Scotus et suus commentator ille Johannes de ripa qua opinione inferius evidenter reprobo. **R** Tertio notandum est quod differentia est inter perfectionem simpliciter et denominationem perfectionis simpliciter. Unde perfectio simpliciter communiter describitur a doctoribus quod est illud quod est in quolibet melius ipsum quam non ipsum id est esse aliquale vel aliquid quod melius est esse quam non esse sicut vita intellectiva etc. Sed denominatio perfectionis simpliciter est terminus vel conceptus supponens immediate per talis perfectionem. Aliqui autem vocant denominationem perfectionis simpliciter perfectionem creatam que habet simile denominationem cum perfectione divina. Unde vita vel intelligentia divina ipsi vocant perfectionem simpliciter et vitam vel intelligentiam creatam vocant denominationem perfectionis simpliciter. Licet autem hoc non possit reprobari quia nomina significant ad placitum tamen proprie loquendo dico quod tamen vita divina que vita creata debet dici perfectio simpliciter et iste terminus vita per vitamque supponens debet dici denominationem perfectionis simpliciter per nomen enim res denominat. quare etc. Ex hac distinctione sequuntur aliqua. Primo sequitur

tur ista regula quod ad hoc quod aliquis terminus sit denominatio perfectionis simpliciter requiritur quod verificetur convertibiliter de quidditate rei siue essentia per qua supponit et hoc per veritionem reglata per hoc distributivum quicquid est vel omnis res que est. Patet ex descriptione denominationis perfectionis simpliciter quia aliter tales res non supponerent immediate perfectionem simpliciter sicut apparet ex descriptione suppositionis immediate data in precedente questione. Sed tamen non requiritur quod sic verificetur convertibiliter de quolibet quod est illa essentia siue illa perfectio per qua supponit. Uerbi gratia iste terminus vita divina est denominatio perfectionis simpliciter quia quicquid est vita divina est essentia divina et e contra sed tamen aliquid est essentia divina scilicet pater de quo non sic dicitur convertibiliter quia non quicquid est vita divina est pater licet e contra quare etc. Secundo sequitur alia regula quod ad hoc quod aliquis terminus sit denominatio perfectionis simpliciter in divinis requiritur quod vere dicatur de essentia divina ac etiam coniunctim et divisim de personis. Patet ex predicta regula quod talis terminus debet supponere per essentiam divinam et per quolibet quod est ipsa aliter non supponeret per ipsam immediate. Tertio sequitur ex predictis regulis quod isti termini suppositivi persona pater paternitas trinitas spiritus ratio et huiusmodi non sunt determinationes perfectionis simpliciter patet clare. Quarto sequitur quod licet posse producere creaturam sit determinatio perfectionis simpliciter non tamen posse producere personam divinam patet clare. Et hec de terminorum declaratione. **I** Hijs premissis pono tres conclusiones ad articulum repositas. Prima est sicut deitas et divinus intellectus seu voluntas non distinguunt realiter inter se. Sic nec proprie loquendo distinguuntur ratione. Prima pars supponit quia ab omnibus concedit. Secunda sequitur ex prima quod sunt idem realiter proprie non distinguuntur ratione nisi sicut distincta realiter non sunt idem secundum rationem sic nec eadem realiter sunt distincta secundum rationem et sicut nullum ens rationis est idem secundum rem cuiusque alteri ens rationis. sic nihil reale est idem secundum rationem alteri ensi reali ut prius tangebatur et per sequens multo minus aliquid reale distinguitur secundum rationem ab alio quod est ipsum seu idem sibi secundum rem. Tamen licet de virtute sermonis non sit verum bene tamen quicquid gratia bene sit locutionis procedit ad bonum sensum quod intellectus

divinus et voluntas distinguuntur ratione id est isti termini supponentes per eadem re habent diversas et distinctas rationes eis correspondentes in mente et sic intelligunt doctores tale locutionem quare etc. Secunda conclusio est quod sicut deitas et divinus intellectus seu voluntas non sunt eiusdem essentie distincte realitates. sic nec sunt eiusdem rei distincte formalitates. Prima pars supponitur et ab omnibus sanctis et philosophis proceditur. Sed secunda pars probatur sicut arguebatur in tertia ratione secunde conclusionis primi articuli quia esset processus in infinitum in formalitatibus etc. Tertia conclusio est quod sicut deitas et divinus intellectus seu voluntas sunt tam idem quam idem est deitas deitati sic inter hec non est distinctio formalis seu quecumque non idempritas ex natura rei. Ista conclusio quo ad utramque partem satis patet ex dictis in prima et secunda conclusionibus primi articuli et satis sequitur ex secunda conclusione nunc probata nec indiget alia probatione ut patet. **D** Sed tamen ad evidentiorem refellendum oppositam opinionem. Item eam probabo. Et quibus magister Gregorius ad hoc multipliciter arguat. tamen quia ut in pluribus rationes eius procedunt ac si opposita opinio poneret distinctionem reales inter huiusmodi perfectiones ut patet intuenti eas. quod tamen non imaginantur alij id aliter est procedendum ad reprobandam opinionem predictam. Unde ad propositum declarandum premitto aliquas suppositiones. Prima est quod ubicumque est aliqua distinctio vel non idempritas ibi possunt aliqua contradictoria de sic distinctis verificari. patet quia si a. et b. non sint idem omnibus modis tunc iste sunt vere. a. est idem. a. omnibus modis et b. non est idem a. omnibus modis et sic esse idem. a. omnibus modis verificantur de. a. et de. b. Et ita etiam adversarij concedunt quod sapientia divina et bonitas divina non est formaliter sapientia divina etc. et sic patet suppositio illa. Secunda est quod omnia contradictoria habent equalem repugnantiam inter se patet quod tanta est repugnantia inter animam et non animam angelum et non angelum sicut inter deum et non deum siue inter ens et non ens nisi forte dicatur esse maior repugnantia inter ista quam inter illa. propter maiorem perfectionem alicuius partis in una contradictione quam in alia. sed hoc non est ad propositum quia loquimur de repugnantia verificationis etc. quare etc. Ex predicta sequitur tertia suppositio quod tamen

ta est repugnantia aliqua contradictoria verificari de aliquo eodem omnino quanta est quaecumque alia contradictoria siue omnia verificari de illo. Patet ex quo omnia equaliter repugnant etc. Quarta suppositio est quod ex aliquibus contradictoriis contingit inferre. quod illa de quibus verificatur sunt distincte res seu quod non sunt eadem res. patet quia sequitur a. est z. b. non est. ergo sunt distincte res vel in actu vel in potentia saltem sequitur ergo non sunt eadem res. sicut sequitur. substantia est z. accidens non est. ergo substantia z. accidens non sunt eadem res. z. capio li. res sicut se etc. dit ad ens reale z. ad ens rationis. quia omne ens rationis est vera res. patet ergo suppositio. **A** Tunc ex hijs arguitur sic. intellectus diuinus z. voluntas diuina non sunt omnibus modis idem sed inter hec est non idem prout siue distinctio formalis per aduersarium. igitur de ipis aliqua contradictoria verificantur. consequentia concedit aduersarius z. similiter patet per primam suppositionem sed impossibile est contradictoria verificari nisi de distinctis rebus vel ratione distinctionis realis quia verificatio contradictoriorum infert distinctionem realem in aliquibus ut patet per quartam suppositionem ergo vbiq. z. in omnibus. Ista consequentia patet ex secunda z. tertia suppositionibus z. per consequens sequitur quod si esse idem formaliter intellectus verificatur de intellectu z. negatur de voluntate oportet quod intellectus z. voluntas in deo importent aliqua que non sunt idem realiter quod est falsum. quare etc. Confirmatur. quia qua ratione tu dices quod aliquid idem potest vere affirmari de intellectu diuino z. vere negari de voluntate diuina non obstante reali idempritate. propter solam distinctionem formalem eadem ratione dicam vniuersaliter quod esse z. non esse vel. quaecumque alia contradictoria verificantur de a. z. deb. propter solam distinctionem formalem non obstante quod sint idem realiter. z. sic perit omnis via ad probandum distinctionem vel non idempritatem realem.

Si enim dicas quod homo est rationalis z. asinus non est rationalis. ergo homo z. asinus distinguuntur realiter. dicas quod non sequitur quia sufficit quod distinguuntur formaliter.

Sed forte dicitur quod quando aliquid idem vere affirmatur z. vere negatur simpliciter z. absolute sine aliqua additione alicuius modi sine cathegorematico tunc contingit inferre non idempritatem realem. ideo sequitur simpliciter. a. est z. b. non est ergo est ibi non idempritas realis. similiter sequitur intellectus diuinus est intellectus diuinus z. voluntas diuina est intellectus diuinus. ergo distinguuntur realiter vel non sunt idem realiter. Sed quando aliquid cum aliis modis sine cathegorematico affirmatur vel negatur vel non requiritur idempritas realis sed sufficit formalis z. sic est in proposito. Nam si vera intellectus diuinus est formaliter intellectus diuinus. Sed hoc non valet quia omnia contradictoria sunt eque contradictoria z. eque repugnantia. per secundam suppositionem. z. per consequens tantum sunt contradictoria esse formaliter intellectus diuinus z. non esse formaliter intellectus diuinus sicut esse intellectus diuinus z. non esse intellectus diuinus ergo ex vna contradictione contingit inferre non idempritatem realem sicut ex alia. Et qua ratione tu dices quod ex ista non contingit inferre etc. eadem ratione z. pari facilitate dica quod nec ex alia. quare posuit.

D Secundo arguitur declarando predictam rationem quod quibus talis distinctio vel non idempritas formalis concedat esse in eadem diuina z. personam ad sensum positum z. declaratum in primo articulo z. licet eque faciliter et absolute posset sustineri inter eadem z. intellectus aut voluntatem diuinam quod in talis distinctio est difficillima ad intelligendum z. ad sustinendum vbi cumque nec facilior est sit trinitas personarum unitate eadem non debet poni nisi vbi evidenter sequitur ex creditis traditis in scriptura sacra vel de terminatione ecclesie propter auctoritatem deo ois ro captuari. Et ideo cum omnia tradita in scriptura sacra z. determinatione ecclesie ac dictis sanctorum possint saluari non ponendo ea inter intellectus z. voluntatem diuinam z. sic de quolibet perfectione diuina imo ea non ponere magis personam simpliciter diuine. sequitur quod non est ponenda sed neganda. Sed quod ex credendis evidenter sequitur quod de essentia z. de persona seu relatione diuina verificantur contradictoria z. in sunt idem realiter. ideo procedit ibi distinctio formalis nec ibi verificatio contradictoriorum concludit distinctioem realem in eadem z. personam quibus aliqua distinctioem realem concludit in vna persona z. alia sicut magis declaratum est in primo articulo. Eum igitur quod est intellectus diuinus est voluntas diuina z. eadem non est ibi distinctio formalis concedenda. In eadem vero z. personam ponenda est quod ad primum non cogit fides sed bene ad secundum. nec etiam in

creaturis concedenda est quibus posset ibi eque faciliter sustineri sicut in diuinis. Et ratio est quia quod in diuinis vna res sit tres res z. que libet earum in fide expressum est sed non quod ita sit creaturis z. per consequens cum repugnet rationi negandum est. Confirmatur predicta ratio siue breuiter recolligitur per hunc modum. quod docuit aliqua positio est ita difficilis ad sustinendum sicut positio trinitatis ipsa est neganda. nisi per ipsam cogat fides. sed positio concedens intellectum diuinum z. voluntatem. z. sic de qualibet alia perfectione diuina esse idem realiter z. distinguuntur formaliter est ita difficilis ad sustinendum sicut positio trinitatis imo forte magis quia ponit pluralitatem sine distinctione reali. quod non facit positio trinitatis. nec ad illam cogit fides. ergo talis positio est neganda presertim cum opposita posset faciliter sustineri z. sit magis consona diuine simplicitati etc. Tertio arguitur sic quod si illa distinctio formalis sit ponenda vel sic distincta magis distinguuntur quam persone vel minus vel eque. Non potest dici quod magis vel eque quia tunc distinguuntur realiter quod supponitur z. ab aduersariis conceditur esse falsum. Nec potest dici quod minus quia distinctio personalium secundum doctores est minima distinctio sine minimo modo distinctionis nec minor videtur imaginabilis vti in primo articulo tangebatur et sic patet conclusio demonstratiue probata etc. **P** Sed contra predicta arguitur aliquibus rationibus nec faciam omnes rationes que possunt fieri pro opinione opposita sed inducam fortiores. Primo arguitur sic distinctio emanationum diuinarum presupponit distinctionem principiorum elicitorum et non solum distinctionem secundum rationem. z. per consequens aliquam aliam preuenientem omnem operationem intellectus nostri. sed intellectus z. voluntas sunt in deo principia elicitiua z. non distinguuntur realiter ergo distinguuntur formaliter. Confirmatur quia filius producit naturaliter per intellectus tanquam verbum patris. sed spiritus sanctus libere per voluntatem tanquam amor amorum. Similiter filius producitur quomodo natus z. spiritus sanctus quomodo datus hoc autem non videtur posse esse. nisi in principijs elicitiuis scilicet inter intellectus z. voluntatem sit aliqua distinctio ex natura rei etc. Secundo arguitur sic aliquid per se conuenit intellectui di-

uino quod non sic conuenit voluntati diuine ergo non sunt formaliter z. ad eque idem consequentia patet. z. antecedens probatur. Tunc primo ex natura rei. deus intelligit per intellectum z. non per voluntatem z. deus vult per voluntatem z. non per intellectum. Tunc secundo quia deus naturaliter intelligit z. deus libere vult. Tunc tertio quia deus per intellectum non est causa efficiens rerum per voluntatem est causa efficiens rerum. Tunc quarto quia deus intelligit peccata z. non vult peccata ut omnes concedunt. quare etc. igitur.

Tertio arguitur sic in deo nulla esset penitus distinctio ex natura rei non esset ratio quare produceret distincta. sicut vnum viuens z. aliud non viuens. consequentia tenet quia idem in quantum idem semper naturus est facere idem. nec valet dicere quod ad hoc sufficit libertas quia tunc sicut deus posset producere vnam creaturam viuente z. non intelligentem sic etiam posset producere vnam intelligentem z. non viuente quod est impossibile igitur oportet ponere etc. Quarto arguitur sic si nulla esset penitus distinctio in deo inter perfectiones attributales sequitur quod nomina attributalia z. rationes attributales eis correspondentibus significarent penitus idem z. per consequens essent synonyma quod est falsum igitur etc. Ista sunt fortiora argumenta istius opinionis etc. **D** Ad primam rationem dico quod si loquamur de emanationibus passiuis. bene concedo quod presupponit distincta principia scilicet patrem z. filium idem distinctas res quarum quilibet est principium. Sed si loquamur de emanationibus actiuis non oportet quod presupponat distincta principia. Secundo dico quod distinctio diuinarum emanationum passiuarum non presupponit aliquam distinctionem principiorum elicitorum sed sicut in creaturis idem est principium totaliter illicitiuum diuersorum ita in diuinis. Tertio dico quod nullum est principium quo filij in diuinis aliquo modo distinctum contra principium quod. id est nihil in diuinis est principium quo producitur filius quod sit aliquo modo distinctum a patre quod est principium a quo producit. Ideo dico quarto quod intellectus diuinus non est principium quo producitur filius z. ita de voluntate respectu spiritus sancti. Et ideo nulla res in diuinis est principium filij nisi illa que nec est filius nec spiritus sanctus. Nec oportet po-

nere principia aliquo modo distincta etc. quia ratione tu dices quod ab uno eodem principio simpliciter indistincto non producuntur distincti. Ita dico quod ab uno eodem modo distincto realiter non producuntur distincti realiter etc. Ad confirmationem dico primo quod filium produci per intellectum siue per actum intellectus etc. potest multipliciter intelligi. Uno modo quod intellectus sit principium quo siue per quod producitur filius et sic est falsum ut iam tetigi. Alio modo non virtute sermonis sed per quandam appropriationem usitatum a sanctis et sic illud est verum. Pro cuius declaratione dico secundo quod generatio actiua filii appropriatur intellectui et spiratio actiua spiritus sancti appropriatur voluntati. Quia ratio potest esse propter similitudinem ordinis productionis verbi et amoris in anima ad ordinem productionis verbi et spiritus sancti in diuinis. unde sicut productio intellectus in anima non supponit aliud productum in ea et productio volitionis est ab anima et inlectione iam producta ut supra dictum est sic pater a nullo producitur sed filius est a patre improducto et spiritus sanctus ab utroque etc. Et hoc tamen non arguitur aliqua distinctio inter intellectum et voluntatem et sic hoc etiam potest exponi quod filius producitur quomodo natus et spiritus sanctus quomodo datus. **R** Sed quia tangitur quod filius producitur naturaliter et spiritus sanctus libere ideo dico. Tertio quod accipiendo libertatem proprie et stricte scilicet quod distinguitur contra principium productionis naturale. illud non est concedendum quia pater et filius ita naturaliter et necessario spirant spiritus sanctum sicut pater generat filium. sed accipiendo libertatem pro voluntate potest concedi ad bonum sensum quod filius procedit per modum intellectus et nature et spiritus sanctus per modum voluntatis et libertatis. scilicet per quandam appropriationem et tactum est. Dico quarto quod concessio quod filius naturaliter producitur et spiritus sanctus libere non tamen sequitur illa distinctio formalis inter principia elicitiva. quoniam deus pater producit filium naturaliter et creaturam libere per idem principium ut etiam habent concedere aduersarij. Similiter idem totaliter indistinctus re et ratione etiam in creaturis potest esse principium naturale respectu unius et principium liberum respectu alterius non tamen respectu eiusdem. saltem eodem tempore et ita

te eadem dispositione etc. Ad secundam dico primo quod aliquid per se convenire intellectui diuino etc. potest dupliciter intelligi. Uno modo de virtute sermonis. scilicet quod aliquid aliter quo modo pertinet rei que est intellectus diuinus quod non conveniat rei que est voluntas et sic illud est falsum. Alio modo improprie. scilicet quod aliqua propositio in qua aliquid predicatum enunciat de hoc termino intellectus diuinus est per se vera et tamen propositio in qua idem predicatum enunciat de hoc termino voluntas diuina non est per se vera et sic potest concedi istud sed tunc non valet consequentia. Si autem primo modo intelligitur consequentia est bona sed antecedit falsum. Dico secundo pro solutione instantiarum pro quanto facerent pro intellectu falso. quod de virtute sermonis concedendum est quod sicut deus intelligit per intellectum ita intelligit per voluntatem et vult per intellectum et per voluntatem intelligit naturaliter et per intellectum vult libere et deus per intellectum est causa rerum sicut per voluntatem. Dico tertio quod improprie ad bonum sensum deus dicitur intelligere per intellectum et non per voluntatem quia non omne quod intelligit vult et per voluntatem dicitur causa efficiens rerum et non per intellectum quia omne quod vult esse vel fieri est vel fit sed non omne quod intelligit est vel fit. Et dicitur intelligere naturaliter quia non potest non intelligere et libere vel le quia potest non velle. a. Et ista possunt bene verificari de deo absque aliqua distinctione ex parte dei per solam connotationem distinctionis in creaturis. Sicut iste verificatur deus beatificat petrum et non damnat petrum. non propter aliquam distinctionem inter voluntatem beatitudinis et non dampnantes. sed propter distinctionem inter vitam eternam et penam eternam. quia per istam. deus beatificat petrum importatur totum istud deus dat petro vitam eternam et per istam deus non dampnat petrum significatur totum istud deus non dat petro penam eternam et sic ista verificatur sine distinctione a parte dei quod deus per eandem virtutem et voluntatem dat vitam et non dat penam sed hoc fit propter varietatem ex parte creature. Similiter de potest creare a. et creat. a. Nec tamen ex hoc sequitur quod possit creare et non creare distinguunt formaliter in deo. Et ita potest dici impositum hoc est quod vult magister li. j. di. xxxv. vbi dicit quod de propter diuersos effectus foris diuersa vocabula sicut per destinationem prescientiam etc. **S** Quarto speci

aliter dico quarta instantia quod per ista. de vult peccata imposita sunt omnem modum loquendi quod de facit aliquid male et aliter non debet et sic per illam connotat res facies aliquid male vel qualiter non debet quod solus potest competere creature scilicet illa deus intelligit mala vel peccata illud non connotat sancti in hoc sensu negat primam et concedunt secundam. sed ex hoc nullo modo sequitur quod intellectio dei aliquo modo distinguitur ab eius volitione sed hoc solus puenit propter diuersa connotata unde sequitur quod si isti termini intellectus voluntas intelligere velle et sic de aliis non essent connotati sed precise importaret absolute illam rem que deus est non plus esset bec vera deus intelligit mala etc. bec de vult mala et sic de aliis propositionibus supradictis et hoc apparet ex premissis etc. Ad tertia dico quod preuentia non valet et concedo quod idem et omnino indistinctum potest producere. distincta nec ex distinctione productorum potest concludi in deo distinctio realis nec potest concludi in deo distinctio formalis rationum concludi in deo distinctio realis nec potest concludi in deo distinctio realis huiusmodi rationum quia qua ratione tu dices quod ab eodem principio causali indistincto realiter producuntur effectus distincti realiter ita facilius dicitur quod ab ipso indistincto totaliter producuntur tales effectus distincti realiter. Et si queratur quare producit distincta. dico quod sufficit pro ratione eius libertas nec ideo sequitur quod ipse libere possit producere unam creaturam non viuente tamen intelligente etc. quod non stat aliquid esse intelligens et non viuens sed bene contra quare etc. Ad quarta dico quod nomina attributalia et rationes attributales significant penitus idem in deo. id est significant deum quod est penitus et omnibus modis idem. Secundo dico quod quibus tales termini significant siue connotant diuersa in creaturis. Unum hi deo omnino idem significant per intellectum et voluntatem sic de aliis nominibus perfectionibus tamen in creaturis aliud connotat conceptum intellectus aliud conceptum voluntatis ideo ista nomina sunt synonyma. Et si dicatur quod saltem sequitur quod bec nomina intellectus diuinus bec voluntas diuina sunt nomina synonyma pro isto dico tertio quod non sunt synonyma pro ista hic homo hoc animal eodem denotato. unde licet nulli conveniat unum quin eadem pueniet reliquum tamen aliquid significat per unum quod non per reliquum. verum est tamen quod res que est intellectus diuinus et res que est voluntas diuina possunt significari per synonyma

nomina. Quarto dico quod licet predicta nomina significant penitus idem in deo tamen non est nugatio dicendo deus intelligens volens deus iustus sapiens etc. et hoc propter diuersas connotationes. Et sic patet ad predictas rationes. Et bec de secundo articulo etc. **T** Quantum ad tertium articulum in quo videndum vtrum in deo sit aliqua distinctio inter essentiam et ideas siue rationes causales. Primo videbitur quid sit idea. Secundo probatur triplex conclusio responsiua. Tertio mouebuntur dubia. Circa primum punctum primo notandum est quod licet de ideis diuersae sunt opiniones apud antiquos doctores omnes tamen vel plures in hoc concordant quod idea est realiter diuina essentia sed ad saluandum quod in deo sunt distincte idee et quo modo distinguuntur et ad quid. diuersi diuersimode dixerunt. Sed de his antiquaribus tractato et remitto ad ea que tractat ockia circa. xxxv. di. simili. vbi hac materia valde pulchre determinauit. Secundo notandum est quod idea scilicet predictum doctorem non habet quod rei quod est nomen connotatiuum nec significat precise aliquid unum sed supponit per aliquid et connotat aliquid aliud vel illud idem per quod supponit et ideo habet tamen quod nois. unde sic describitur. idea est aliquid cognitum a principio productio intellectuali ad quod ipse aspiciens potest aliquid in esse realiter producere. Primum predicta habet de scripturis patet per Augustinum. lxxxij. q. q. xlvj. vbi dicit. has autem res vbi arbitratum esse nisi in mente creatoris. Non est extra se que possit ituebat vel secundum illud constituitur quod constituebat. Et quod per quod idee sunt cognite a mente diuina. Secunda predicta patet per principium producti uo etc. per illud quod dicitur auctoritate ponitur vbi arbitratum etc. nisi in mente creatoris. Tertia predicta scilicet ad quod aspiciens etc. patet per finale clausula illius auctoris quod dicit. non est extra se etc. Et hoc clarescit nuas quod de ideas itueat ut per illas constituat. id est efficiat illa que constituit. Itaque ista descriptio patet per seneca epistola. lxxv. vbi enumeratis quatuor causis positis ab Ari. dicit sic quantum plato adit exemplar quod idea vocat hoc est ad quod aspiciens artifex illud quod deservit efficit nihil aliud ad re pincer vtz foris licet exemplar ad quod referat oculos animum quod ipse conceptus. Et quod auctoritate patet quod idee sunt quod exemplaria cognita ab artifice ad que respiciens potest aliquid in esse producere etc. **T** Tertio notandum est quod predicta descriptio potest supponit per idea creature non puenit diuine essentie sed est ipamet creatura primus patet quod secundum omnes plures sunt Unde dicit Augustinus vbi supra alia ratione conditus est homo alia equus etc. Et

Summi sententiarum

Joh. p. canonica. ome. vi. exponentis illud Ro. viii. Ipse spiritus interpellat pro nobis etc. Quid est inquit ipse spiritus interpellat pro sanctis nisi ipsa caritas que in se per spiritum facta est. ideo enim dicit idem apostolus. Caritas diffusa est etc. Et his ergo tenendum est quod caritas est virtus creata etc. Sed contra istam conclusionem est opinio magistri. Aliqui tamen dicunt quod licet magister posuerit deum esse caritatem nostram. non tamen negauit homini habitum caritatis create. sed quicquid sit de hoc clarum est satis quod nullam mentionem de hoc facit ipsum ponendo. imo magis ipsum videtur non ponere. cum dicat quod non eodem sensu dicitur deus est fides nostra. et deus est caritas nostra quam primum dicitur propter habitum quem habemus in nobis a deo sed fide infusam. non sic autem secundum. Ideo videtur sic dicunt aliqui quod magister opinatus fuerit quod ad actum diligendi deum meritoze aut proximam non concurrat aliquis habitus caritatis create. sed homini actum meritoz spiritus sanctus operatur sine habitu virtutis medio quod non sic est de actibus fidei et spei. quare etc. Unde pro opinione magistri inter multas auctoritates quas ipse inducit. precipue due sunt magis apparentes. Prima est Augustini. viii. de tri. ca. vi. Qui primum diligit persequens est ut ipsam per se dilectionem diligat. deus enim dilectio est. et que manet in dilectione in deo manet. Alia est in eodem libro ca. vii. Nemo dicat quod non noui quid diligam. diligat fratrem et diligat eandem dilectionem. magis enim noui dilectionem qua diligit fratrem quem diligit etc. Ex quibus auctoritatibus habetur quod dilectio qua diligimus fratrem est deus de deo id est spiritus sanctus. Et sic sine alia caritate aliquis est deo carus et dei amicus etc. Sed quia in hac opinione magister communiter non tenet. ideo ad auctoritates Augustini. respondetur et potest responderi sicut respondet Scotus. tamen aliter potest responderi forte magis secundum mentem Augustini. Unde secundum quod dicit Augustinus. xv. de trinitate cap. xvii. et super Jo. omelia. xxviii. exponens illud Job. xv. Manere in dilectione mea duplex potest distingui dilectio dei. Una increata scilicet deus. Alia est quedam forma existens in nobis que non est deus. Et de prima dicit saluatores intellexisse cum dicit. manere etc. Utraque autem dicitur dile-

ctio qua diligimus fratrem. sed sub diuerso sensu. Nam dilectio creata est qua formaliter diligimus. sed dilectio increata est que id est propter quam diligimus causaliter. Unde ergo Augustini. dicit quod diligit primum diligit dilectionem. non intelligit de dilectione per quam sed de dilectione propter quam. quia propter quod unumquodque etc. et hoc innuit cum dicit. consequens est ut ipsam dilectionem precipue id est maxime diligat. et illa dilectio vere deus est. Et sic Augustinus probare intendit quod qui diligit primum sicut debet etiam diligit deum quando autem dicit diligit fratrem et diligit eandem dilectionem. ly eandem non refert ad dilectionem per quam diligit formaliter. sed ad illam propter quam diligit causaliter. de qua immediate premisserat. de dilectio est. Et sic patet conclusio. nec tenenda est magistri opinio. **S**ecunda conclusio probatur. Ad cuius probationem et declarationem. ac etiam precedentis conclusionis. distinguendum est quod esse amicum dei sine deo carum aut acceptum ad vitam eternam potest dupliciter intelligi. Uno modo idem est quod esse a deo ordinatum ad vitam eternam finaliter obtinendam et sic quilibet electorum in quocumque statu sit gratie vel culpe est deo carus et acceptus et dei amicus. et nullus reprobus. licet sit in statu gratie est dei amicus. Et isto modo non intelligitur prima conclusio. quia sic esset falsa. etc. Alio modo idem est quod esse in statu vel dispositione in qua si perseverauerit deus dabit sibi vitam eternam. et sic non quilibet electus est deo gratus vel acceptus nec dei amicus. sicut ille qui est in statu culpe mortalis. Et aliquis reprobus est deo carus et dei amicus sicut ille qui est in statu gratie etc. Simili modo magister tercio sententiarum distinct. xxxi. dicit. quod aliquem esse scripturam in libro vite potest intelligi dupliciter. scilicet secundum eternam prescientiam vel secundum presentem iusticiam. et multi sunt scripti primo modo et non secundo modo et e converso. Sic in proposito potest dici quod aliquem esse amicum dei. potest intelligi dupliciter. vel secundum eternam dei dilectionem vel secundum presentem dispositionem. et aliquis potest esse amicus dei primo modo et non secundo modo et e converso. In ista ergo questione intendendo istis terminis carus. gratus. acceptus deo. amicus dei. dignus vita eterna. et homini. secundum modum utriusque non primo modo. Et in isto sensu habet secunda conclusio dif-

ficulatem. Probatur ergo conclusio primo sic. quia spiritus sanctus potest dari alicui absolute loquendo sine caritate creata aut alio eius dono. sicut patet ex primo articulo. sed ipse solus sine alio dono creato potest tamen designare creaturam respectu homini beatifici aut alterius boni quantum ipse cum alio dono. quia alias ipsa caritas creata ex natura sua aliquam dignitatem respectu vite eterne tribueret ipsi creature. quam dignitatem nullo modo posset sibi spiritus sanctus per seipsum tribuere. quod est absurdum. Secundo probatur quod esse carum deo vel gratum vel amicum. vel vita eterna dignum primo modo nihil est aliud. prope loquendo quam esse in aliquo statu in quo si quis decederet haberet vitam eternam secundum dei ordinationem. sed nullam contradictionem implicat quod deo ordinaret eam dare alicui sine caritate aut alio dono creato etc. Tercio sic. quia nullam contradictionem implicat quod deus ordinaret tale legem quod quicumque decederet sine caritate vel gratia tali lege stante esset amicus dei et dignus vita eterna. illo modo dicto supra. consequentia est clara. et a se patet. quia dei voluntas sufficit acceptare aliquem ad vitam eternam sine quocumque dono creato. et per consequens sola dei voluntas acceptans sufficit facere aliquem sibi carum. gratum et amicum et vitam eternam dignum. seu designare ipsum. Et sic patet sufficienter conclusio probata. **T**ercia conclusio probatur. quod absolute possibile est deum dare alicui caritatem et nunquam velle dare illi beatitudinem igitur. etc. consequentia patet ex dictis. Et antecedens licet posset multipliciter probari. tamen ex hoc patet quod illud nullo modo implicat contradictionem. et per consequens est deo possibile. Secundo quia animam caritatem habentem deus pure gratis acceptat ad beatitudinem. igitur absolute possibile est etc. consequentia patet et antecedens apparet per illud Ro. vi. Stipendium peccati mors. gratia autem dei vita eterna. Item Roma. viii. Non sunt condigne passionibus huius temporis ad futuram gloriam. Item Lu. xvii. Cum feceritis omnia que precepta sunt vobis dicite serui inutiles sumus. Tercio. quia caritati caritate et gratia deus non est debitor illius. sed illam gratis donat. sed propter hoc quod deus gratis donat aliquod munus non fit alterius muneris debitor. ergo ei cui de-

dit caritatem vel gratia potest non dare vitam eternam. Et breviter iste due conclusiones possent multipliciter probari. sed videntur mihi adeo clare quod non egent ampliori declaratione etc.

Ex predictis sequuntur aliqua correlaria.

Primum est minus ad articulum scilicet quod caritas vel gratia est quaedam qualitas infusa. Unde in duabus predictis conclusionibus versus sum istis terminis caritas et gratia ut supponunt absolute per tali qualitate. ut sit sensus quod si ne tali qualitate aliquis potest absolute amicus dei esse et cum tali qualitate non esse amicus dei. tamen utendo illis terminis secundum suam connotationem de virtute secundum istas propositiones essent concedende. Aliquis habet caritatem vel gratiam. vel est amicus dei ergo est deo carus et gratus et ad vitam eternam acceptus et ea dignus quod illi termini hoc connotant. et hoc non esset. igitur conclusio vera etc.

Secundo sequitur quod nulla qualitas infusa est. vel esse potest formaliter et intrinsece caritas vel gratia. quia quilibet talis existens vel possibilis absolute potest esse et non facere aliquem carum vel gratum. igitur quilibet talis absolute potest esse et non esse caritas vel gratia. contra patet ex connotatione istorum terminorum etc.

Et ante apparet ex dictis quod per omnes sequitur quod nulla talis qualitas potest esse formaliter et intrinsece caritas. quod nihil est formaliter et intrinsece tale quod potest esse et non esse tale etc.

Tercio sequitur quod de lege ordinata non est possibile creaturam rationalem diligere deum merito sine habitu infuso caritatis vel gratie. Patet ex prima conclusione etc.

Quarto sequitur quod de potentia absoluta est possibile creaturam rationalem diligere deum merito sine habitu infuso caritatis vel gratie. Patet ex secunda conclusione et similiter quod actus dilectionis est meritorius ex divina voluntatis acceptatione. modo ipsa potest talem actum acceptare ita bene si non fiat in gratia sine in puris naturalibus sicut si fiat in gratia. ut patet ex dictis etc.

¶ Dic tamen est notandum quod in istis duobus ultimis correlariis loquor de dilectione dei meritoria vite eterne. vnde cum meritum dicat in respectu ad primum et primum sit duplex scilicet eternus et temporalis. satis constat quod etiam de lege ordinata aliquis possit ipsum deum diligere meritorie ad aliquod bonum temporale sine habitu caritatis vel gratie et non ad vitam eternam. Quia diligere deum meritorie isto modo est sic diligere quod aliquis per illam dilectionem promeretur premio et

no vel promeretur si finaliter decederet sine peccato. Et isto modo aliquis sine electus ad vitam eternam sine non dicitur mereri vitam eternam etc. igitur etc. Aliquod tamen secundum aliam assignationem huius quod est mereri vitam eternam aliqui dixerunt quod nullus reproborum meretur vel vnde quod meruit vitam eternam quod si mereret ipsam aliqui haberet ipsam. cum mereri dicatur respectu premii. Et iste modus dicendi videtur mihi valde probabilis. nisi quod non bene sonat in auribus multorum. Ideo melius est dare assignationem per quam possit sustineri quod vterque scilicet tam reproborum quam electus aliqui merentur vitam eternam licet multum sit difficile hoc assignare de virtute secundum istas propositiones. propter hoc quod talis assignatio est de virtute secundum istas propositiones impossibilis aliquo demonstrato prescindo vel respectu reproborum etc. si ille decederet sine peccato vel si ille perseveraret in bono ipse promeretur premio eterno. quod absolute statet ita esse sicut significat per ante et non esse ita sicut significat per consequens. ergo assignatio est falsa de virtute secundum istas propositiones. et per omnes impossibile. sicut de forte alias videbitur. Aliquod autem assignant aliter id ipsum quod est mereri vitam eternam. non videntes illo modo loquendi conditionali. Unde dicunt quod ille dicitur mereri vitam eternam quod aliquem actum facit vel in aliquo statu est pro quo deus voluit etiam voluntate beneplaciti quod talis sit dignus vita eterna. Sed forte si inquiratur. quid est sic esse dignus etc. oportet bar redire ad primum modum. Nolo tamen hic insistere. sed concessio isto modo loquendi dico quod secundum hoc aliquae propositiones sunt concedende.

¶ Prima est quod aliquis est dignus vita eterna et meretur ipsam quod tamen nunquam habebit eam. Patet de reprobo quod licet quandoque mereatur et sit dignus vita eterna. quod est in gratia. tamen nunquam habebit vitam eternam eo quod indignificabit se postea et non revertetur ad talem dignitatem. ideo damnabitur etc.

Secunda assignatio quod aliquis non est dignus vita eterna nec meretur ipsam. et potest fieri dignus ea per aliquam mutationem in ipso factam ad aliquam supernaturalem formam scilicet caritatem vel gratiam. Et sic communiter de lege ordinata fit aliquis dignus qui prius non erat dignus. et talis potest dici dignus secundum presentem iustitiam. quia non est possibile quod aliquis fiat de nouo dignus secundum eternam perscientiam. Tercia est quod aliquis non dignus vita eterna potest fieri dignus ea de

potentia absoluta absque aliqua mutatione in ipso aut in quolibet alio facta. propter solam transitionem temporis existentis vel possibilis. patet. quod sicut rex posset statueret inuictos in camera die lune debere puniri et inuictos die martis debere promereri. sic nulla est contradictio quod deus statueret existentes sub a. merito esse habituros beatitudinem et non ante vel post etc. quare etc.

Quarta assignatio est quod aliquis non est dignus vita eterna ab aliqua causa creata sed a sola acceptatione divina. patet satis ex predictis. Similiter licet de lege ordinata ad istam dignitatem siue ad meritum vite eterne concurrant cum causalitate et acceptatione divina ipsa voluntas creata et caritas siue gratia. tamen absolute statet ista non concurrere. tamen istam dignitatem esse meritum vite eterne. et per omnes non ab alijs sed a sola divina acceptatione. confurgit ista dignitas vite eterne. per quo facit istud dictum scripture. hoc honore dignus est quem rex voluerit honorare. Unde patet quod licet voluntas causet actum meritorium. et hac tamen causalitate non conuenit tali actui esse meritorium vel vita eterna dignum. Unde sequitur ulterius quod aliquis sit dignus vita eterna in sensu proprio dicto. nullus tamen eam mereri potest de condigno. et hoc intelligendo in sensu immediato. sed de his magis alias videbitur.

¶ Sed contra dicta arguit et primo contra secundam conclusionem. quod scilicet etc. tamen quod liber dei amicus sit deo gratus et carus. scilicet quod aliquis posset esse deo gratus et carus sine gratia vel caritate. quod videtur impossibile. sicut impossibile est quod aliquis sit albus sine albedine. Confirmatur. quod deus nihil odit nisi diuina voluntas repat in eo aliquid odibile aut displicibile ex natura rei. intra illud. Quia non deus volens iniquitate tu es. igitur etiam nihil est deo carum vel dilectum nisi quatenus in ipso est aliquid quod ex natura rei facit ipsum diligibile. hoc autem non potest in nobis poni nisi aliqua qualitas infusa. sicut caritas vel gratia. igitur etc.

Secundo ad idem arguitur sic. quod impossibile est contradictoria successive verificari nulla mutatione facta circa res illos. ergo si nunc verum est quod sortes non sit dei amicus vel deo carus et acceptus. et postea eius oppositum sit verum. necesse est mutationem esse factam et non in deo. ergo in illo nouiter caro. et non

apparet alia mutatio nisi acquisitio alieni qualitatis supernaturalis ipsum carum facientis. igitur etc.

Confirmatur. quod si aliqua propositio verificatur per rebus. et ad eius verificationem due res non sufficiunt. necesse est ponere tertia rem ad hoc ut ipsa sit vera. sed ista propositio sortes est dei amicus vel deo carus verificatur pro rebus et ad eius verificationem non sufficit deum esse et sorte esse. quod ipsis propositis potest esse falsa. ideo requiritur alia res ab eis. et illa est caritas vel alius habitus supernaturalis etc.

Tercio ad idem sic. quia quicumque est sine caritate vel alio habitu supernaturali ipse est in peccato mortali. sed nullus talis est amicus dei. igitur etc. minor est nota. sed maior probatur quia prius caritatis est peccatum mortale. Tum quia quilibet tenetur caritatem habere. Tum quod nullus potest ex naturalibus suis vitare quodlibet peccatum mortale. igitur ad hoc requiritur aliquod donum supernaturale. quare etc.

Confirmatur quod nullus existens in peccato mortali potest illo carere nisi ex caritatis aut alicuius habitus infusione. igitur etc. contra patet et antecedens apparet. quia tale peccatum cum sit privatio non tollitur nisi per positionem habitus positivi. aliter postquam ablata esset adhuc esset. quia subiectum non haberet habitum quem apertum natum esse habere. quare etc.

Quarto arguitur contra tertiam conclusionem. quia aliquod est malum quod deus detestatur et de necessitate odit. scilicet peccatum et iniusticia. ergo cum ipse sit immutabiliter iustus et rationalis dilector aliquod erit bonum quod ipse de necessitate diligit. scilicet iusticia. quia secundum Augustinum nullus iustus est qui iniusticia non diligit etc.

Confirmatur quia aliquis actus malus iuste meretur penam eternam. ergo aliquis actus bonus iuste meretur vitam eternam. Antecedens patet de quolibet mortali peccato. et consequentia tenet. quia nullus est actus ita malus quin aliquis sit possibilis medi ante caritate vel gratia tam bonus quam ille est malus. etc.

¶ Ad ista respondetur. Unde ad primam et pro dictis et dicendis distinguendum est quod aliquem esse deo gratum et carum vel dei amicum potest dupliciter dici. Uno modo denominatione intrinseca ab habitu vel actu caritatis vel gratie animam ipsius informante. Alio modo denominatione extrinseca ab ipsa diuina volu

Sumi sententiarū

tate acceptante. Vel magis proprie loquendo aliquis potest dici amicus dei dupliciter. vel quia diligit deum. vel quia diligitur a deo. Primo modo potest aliquis esse carus et gratus sine aliqua qualitate supernaturali infusa que sit caritas vel gratia non tamen sine aliqua qualitate creata que sit dilectio et que potest dici caritas vel gratia. etc. Secundo modo potest aliquis esse carus et gratus sine aliqua qualitate informante. nec est simile de esse albus et albedine sicut hic etc. Secundo distinguendum est quod illo modo secundo id dicto aliquis potest dici amicus dei dupliciter sicut dupliciter potest intelligi deum aliquem diligere. Uno modo generaliter. quod vult sibi aliquid bonum et sic omne bonum in quantum bonum deus dicitur diligere. iuxta illud. diligis enim omnia que sunt et nihil odisti eorum que fecisti. Alio modo specialiter. quod vult sibi aliquid speciale bonum. et sic deus magis diligit illum cui facit maius bonum. quod quis omnes eadem dilectione diligit. non tamen ad equale bonum. Tercio distinguendum est quod illo modo ultimo adhuc aliquis potest dici amicus dei dupliciter. Uno modo. quod deus vult illum pro illo tunc habere aliquid magnum donum quod non est vita eterna sicut est caritas vel gratia vel originalis iustitia. siue velit quod semper permaneat in tali bono siue non. et hoc voluntate beneplaciti. et hoc vocamus diligere secundum presentes iustitiam. et sic deus diligit solum rationales creaturas que sunt in gratia gratum faciente siue sunt electe siue reprobate. Alio modo quod deus vult illum non pro illo tunc tamen aliquem habere vel habitum esse illud speciale donum quod est vita eterna. et sic deus diligit solum rationales creaturas. non tamen omnes illas que sunt in gratia gratum faciente. sed solum illas que sunt electe et non reprobate. siue sint in gratia siue in mortali culpa. Et hoc voco dilectionem secundum eternam presentiam de qua ad Romanos. Jacob dilexi Esau autem odio habui. Et ista potest vocari dilectio simpliciter prima. aut dilectio secundum quod. quod in scriptura simpliciter loquendo dicitur. Esau autem odio habui. licet forte. et sine forte. Esau quoniam habuerit caritatem saltem quoniam fuit novus circumcisus. et ita de quolibet reprobo predicti simpliciter quod deus odit ipsum. licet secundum quod scilicet retinet secundum presentem iustitiam diligit ipsum quoniam habet caritatem vel gratiam etc. **P** Ex istis distinctionibus sequuntur aliquae positiones.

Prima quod loquendo de dilectione gene-

rali omnis entitas est a deo diligibilis ex natura rei. Patet ex dictis. Secunda est quod loquendo illo modo nulla entitas est deo odibilis ex natura rei. Patet. quod nulla talis est secundum se mala sed simpliciter bona. Tercia est quod loquendo de dilectione speciali ultimo modo dicta nulla entitas est a deo diligibilis ex natura rei siue ex sui natura. Patet. quod aliquis res sit accepta deo ad vitam eternam solam est ex ordinatione voluntaria et gratuita voluntate divina. etc. Quarta est quod loquendo isto modo nec odium dei nec alius qui cuius actus culpabilis est deo odibilis ex natura rei siue ex sui natura. Patet. nullus talis actus de acceptatur ad vitam eternam vel imputatur ad penam eternam. nisi ex mera voluntate divina etc. Et ex his patet ad rationem.

Ad secundam rationem dico aliquas positiones. **Q** Prima est quod possibile est transire de contradictorio in contradictorium. siue contradictoria successively verificari. absque motu locali aut positione nouerit vel destructione persistentis. cuius verificationis lapsus temporis non sit in causa. Quis sine lapsu temporis actuali vel potentiati contingere non possit. alias enim contradictoria simul esset vera. Patet quia possibile est quod aliquis non habens spiritum sanctum illo modo speciali de quo dictum est in primo articulo habeat postea spiritum sanctum eo non mutato localiter nec aliqua alia re noua facta vel aliqua destructa. ut patet ex dictis ibidem. Et constat quod mutatio non est in spiritu sancto nec oportet quod sit in alio nec lapsus temporis ad hoc facit etc. Item patet. quia absolute possibile est diuina virtute quod albedo huius corporis nulla locali eius aut subiecti mutatione facta et nulla re nouiter causata vel destructa non informaret illud corpus etc. Patet quia hoc non minus est possibile quam quod accidentia sacramentalia sint eque presentia corpori christi sicut erant substantie panis. et tamen non informant ipsum etc. Item absolute deus posset se solo seruare lumem quod causat candela quiescens in aere nulla mutatione locali facta ad hoc aut aliqua re nouiter creata vel destructa etc. Ex quo patet quod absolute possibile est aliquo modo esse in re aliquo tempore non fuit. vel aliquo modo esse aliter tempore fuit absque mutatione que sit acquisitio vel perditio alicuius rei. patet clare etc. Et sic patet quod maior illius rationis est falsa. Sed pro-

questio nona

materia minoris et non sit secunda. **Q** esto quod est impossibile contradictoria successively verificari sine mutatione. tamen non oportet quod fiat. propter mutationem factam in aliqua illarum rerum pro quibus talia verificantur. sed sufficit quod in alia. ut si deus ordinaret dimittere offensam sortis existentis in peccato mortali si aliquis vir sanctus rogaret pro illo. Illo enim rogante fieret de non dilecto dilectus absque hoc quod oporteret esse mutationem in eo vel in deo sed in rogante. Similiter in casu sufficit ad tale verificatum lapsus temporis. et huius determinatio temporis cadit sub statuto. sicut apud hebreos lex erat ut quilibet seruus propleto sexto anno fuiturus rediret ad libertatem. ideo absque vlla ipsius mutatione solo temporis lapsu fiebat de suo non seruus et de non libero liber. et ita possit esse in proposito. etc. Tercia pro est quod esto quod sine mutatione in tali re non contingeret talia contradictoria verificari. ad hoc non sequitur quod per mutationem acquisitam. Et ite esto quod per acquisitionem etiam non sequitur quod per acquisitionem caritatis aut gratie vel habitus alicuius supernaturalis. Et hoc satis patet. vnde apparet quod non concludit. Pro confirmatione rationis sit hec quarta pro. **Q** ista pro non valet. positio duabus rebus. ista pro est falsa quod si ipsa sit vera requiritur tertia. patet quia ista est falsa antequam non erit. et tamen ad eam verificationem non requiritur aliqua res alia ab illis que sunt. sed per illa pro esse vera solam volente deo. **W** lte instantie potest dari de informatione et inherencia forme. de conseruatione radij solis. et de ordinatione. scilicet de quibus iam tactum est etc. Et ita in proposito negatur maior ratio. et similiter patet quod pro non valet etc. **A**d tertiam rationem dico aliquas positiones. **R** Prima est quod priuatio caritatis vel gratie precise non habet rationem peccati vel culpe. patet. quia talis est peccatum solum in quantum presupponit debitum habendum tale caritatem vel gratiam. illud autem debitum tolli potest sine positione alicuius habitus vel forme.

Secunda pro est quod caritatis licet sit peccatum tamen potest esse et non esse peccatum. Patet. quia non est peccatum nisi in eo quod debet et tenetur habere eam. et quod de peccato solum habet absolute a tali debito habendi. esto quod non daret sibi caritatem. sequitur quod possibile est tale carere caritate absque peccato. Et sic patet quod maior ratio et ratio confirmationis sunt falsa. Tercia pro est. quod licet non sit possibile quod ab aliquo tollatur caritatis vel gratie infuse absque hoc quod infundatur si-

bi talis iustitia. tamen possibile est quod ab eo tollatur caritatis vel gratie debite inesse absque hoc quod infundatur sibi caritas vel gratia. patet. si tollatur debitum habendum etc. Quarta pro est quod non sit possibile aliquem priuari iustitiam debitam inesse et non esse iniustum. patet. si tollatur debitum etc. Et sic ex istis clare patet ad rationem et confirmationem. et aliter priuatio caritatis sit peccatum etc. Sed quod in probatione antecedentis fiebat ista sequentia. nullum potest ex puris naturalibus vitare quodlibet peccatum mortale igitur ad hoc requiritur aliquid donum supernaturalis. Hec autem pro non valet sed fundatur in falsa imaginatione. scilicet quod ex hoc precise homo non potest ex puris naturalibus vitare peccatum quia ex puris naturalibus non potest habere caritatem quam tenetur habere. hoc autem est falsum et negandum. Ideo ad huius declarationem distinguo quod vitare peccatum ex puris naturalibus potest dupliciter intelligi. Uno modo ut per pura naturalia excludam omnia dona infusa supernaturalia. Alio modo ut per hoc excludam ad iutorium supernaturalis. tunc secundum hoc pono aliquas positiones. Prima est. **Q** secundo modo nullus ex puris naturalibus potest aliquod peccatum vitare. Patet. quia esto quod deus absolueret ipsum a debito habendi caritatem seu quoduis aliud donum supernaturalis. tamen adhuc non posset ex suis puris naturalibus. id est ex se et sine adiutorio dei supernaturali peccata vitare. sicut nec aliquid agere bene. Secunda est quod primo modo quis potest ex puris naturalibus quodlibet peccatum vitare. patet si deus absolueret ipsum a debito habendi donum supernaturalis etc. Tercia est quod primo modo quis non potest de lege ordinata ex puris naturalibus quodlibet peccatum mortale vitare. patet. quia de lege ordinata talis tenetur esse in caritate vel gratia. et si non sit peccatum mortaliter. et tale peccatum non potest vitare sine caritate vel gratia igitur etc. Quarta est quod primo modo quis potest etiam de lege ordinata ex puris naturalibus aliquid peccatum mortale vitare. patet. quia talis est sine caritate vel gratia potest vitare multa mortalia. aliter quilibet existens sine gratia incurreret omnia mortalia quod est manifeste falsum. etc. Et sic patet de isto. Et predictis autem patet quod absolute possibile est quod aliquis non habeat caritatem aut gratiam nec habeat peccatum aut culpam. Si autem gratia si-

Primi sententiarum

iste decederet in isto statu vtriusq; damnaret vel saluaret. Dico q; fieret sicut deo placeret q; vtriusq; deus posset. Verisimile tñ videt q; nō damnaret pena sc̄sus. q; in ipso nihil esset puniendū. Et idem esset sentendū de illo. z de pmo boie si in statu innocentie ante infusione gratie decessisset. zc.

Ad quartam dico q; nullum est bonum vel malum qd de necessitate sine ex natura rei diligit vel odiat. loquedo de dilectione z odio spali de quo supra. Hec aliq; q̄litas est ex natura rei iusticia sed ex mera acceptatione diuina nec deus iustus est qz iusticia diligit sed potius ec̄tra aliqua res est iusticia qz deus ea diligit. id ē acceptat. zc. Ad confirmationē rñdent aliq; cōcedendo añs z negando pñam. Hec valet p batio vñ dicunt. qz licet esto q; aliq; act; sit fm se eque bon; vl melior q; aliquis alius act; est malus. non tñ est similis p portio ei; ad vitam eternā qualis est act; mali ad penam eternā. fm mereri z demereri. qz malus de pdigno punit; eterna pena. Bonus aut; vltra pdignū pmiat; vita eterna. Si mltiter actus bonus nō est apd deum ex se z p̄ria bonitate meritorius. Actus p̄o malus ex p̄ria malicia vtiq; demeritorius est qre zc. Sed aliter potest dici pcedendo pñaz z añs. **S** Cū dico primo q; nulli actui q̄ntūcūq; bono ex sui bonitate vl intrinseca natura obetur vita eterna. patz qz ex sola gratuita dei ordinatione misericorditer dat. Secundo dico q; aliquis actus bonus ex gratuita dei ordinatione est iuste meritorius vite eterne. patet. qz iuste pmiat. iuxta illud. ij. Tbi. iij. Reposita est mihi corona iusticie quam reddet mihi in stus iudex. Cū hoc statū q; grat; dat. Cū z glōsa dicit sup illo verbo. q; vita eterna ē grātia p grātia. z p p̄seqns gratis data.

Tercio dico probabiliter q; nulli actui quantūcūq; malo debet ex sua malicia vel intrinseca natura pena eterna. patet. qz sic deus gratis acceptat actum bonū ad vitam eternā. sic posset nō deacceptare actū malum ad penam eternā. Quarto dico q; aliquis actus malus ex iusta dei ordinatione est iuste meritorius pene eterne. Patet. quia iuste punit; zc. Vtrū aut; ad cōdignū vel citra pdignū. de hoc nihil dico nunc qz magis alias dicam. zc. Ex predictis sequit; istud correlariū q; nō est in libera po

testate rōnalis creature q; actus suus bon; sit meritorius vite eterne. vel actus ei; malus demeritorius pene eterne. patet qz nullus actus est meritorius vel demeritorius essentialiter z intrinsece. sed solus ex diuina acceptatione vel deacceptatione. sed nō est in potestate libera rationalis creature q; suus actus acceptet vl deacceptet. quia hoc solum est in libera potestate dei. vt totū patet ex dictis. igit; zc. Secundo sequitur. q; rōnalis creatura ad aliquid obligat; qd nō est p̄rie in eius potestate libera. patet. quia obligatur q; aliquis eius act; sit meritorius vite eterne z acceptetur ad eam. zc. igitur zc. Si dicatur ergo obligatur ad impossibile. negatur consequentia. qz licet istud non sit in eius potestate non est tamē simpliciter impossibile. Et si dicatur q; saltem sequitur q; obligatur ad sibi impossibile. adhuc nego consequentiā. quia licet illud non sit p̄prie in eius potestate. est tñ sibi possibile. licet non a se sed ab alio sicut esse est sibi possibile licet non a sua potestate. Et sic patet zc. Dec de sc̄do articulo.

T Quantum ad terciū articulū vtrū caritas que datur amicis dei p̄t auferri vel minui. Primo videndum vtrius aliqua forma vel qualitas possit auferri vl minui. Secundo videndum vtrū ipsa gratia vel caritas possit auferri. Tercio videndū vtrum ipsa caritas vel gratia possit minui. Circa primum p̄mitaz distinctiones. deinde ponam suppositōes. postea soluam obiectiones. Quantū igitur ad p̄mū sit prima distinctio de isto termino forma. Unde dico q; forma sumitur vno modo largissime p̄ oī significato terminoz abstractiuoz. sicut per terminos abstractos predicamentoz accidentiu; z sic figura dicit; forma rei figurate. z paternitas patris. z caritas ignis zc. Et isto modo sepe ref̄t q; forma nō distinguit; a suo formabili. Alio modo sumit; minus large p̄ oī eo qd nō est subiectū vel p̄positū z sic deus z angeli dicuntur forme. Alio modo sumit; non ita large p̄ oī eo qd est cā in alio genere cause q; efficiēt; finalis aut material. Et satis ē difficile expl̄icare q; sit ista cālitās s; de h̄ videbit; alias.

Secūda distinctio ē de isto termino q̄litas. Cū dico q; q̄litas p̄t triplr sumi. Vno modo p̄ oī significato terminoz d̄ pdicament; q̄litas; z sic aliq; suba est q̄litas. vt satis patet sc̄do

questio nona

modo p quolibet apto aliquid denominare esse quale. z sic forma substāntialis est qualitas. Alio modo sumit; p aliquo accidente denominare aliquid esse quale vel apto denominare. z sic nulla substāntia est qualitas. qz licet forma substāntialis denomet; aliqd esse quale ppter qd differētia essentialis p̄dicat in quale. tñ nō est qualitas. qā nō est accidēs. ideo nō p̄dicat in quale accidēta. Cū i p̄posito sumunt; isti termini forma vel qualitas vltimo modo z nō alijs zc. Ex his patet q; oīs q̄litas vt hic sumit; est vl ē p̄t forma. licet non econtra zc. Tercia distinctio est de isto termino augmentatio. Cū dico q; triplex est augmentatio. quedaz est pure extēsiua sicut rarefactio vel solido rū augmentatio. Alia est pure intēsiua. sicut augmentatio forme spūalis sive formaz spūritualū non corpaliū sicut augmentatio caritatis. zc. Alia est extēsiua z intēsiua. sicut augmentatio formaz corpaliū vt caliditatis vel frigiditatis. Aliqua p̄t dici augmentatio licet improprie q; nec extēsiua nec intēsiua q; possit vocari conuersiua. sicut aliq; res diceret; augmentata qz est; mutata in rē p̄fectiorē. vt anima in angelum. Et de isto modo possunt poni exempla varia z possit subdividit; sed trāseo. qz nō est p̄ria augmentatio nec ad p̄positum zc. Quarta distinctio est subdivisio augmentatiōis solum extēsiue. qz illa est duplex. quedā numerosa seu discretiua sicut augmentatio greg; ouium vel cumuli lapidum. Alia est augmentatio extēsiua nō solum numerosa vel discretiua sed p̄tinua. sicut rarefactio aeris zc. Et sicut dictū est z dicit; de augmentatione. ita oīno p̄portionabiliter dici potest de diminutione. Quinta est de augmentatiōe intēsiua. et est. q; ipsa dupl; potest ymaginari. Vno modo p accumulationē graduū eiusdem rōnis p̄stituentiū vnā formaz q; sit magis intēsiua q; aliqua pars eius. Alio modo ymaginant; aliqui fieri augmentationē intēsiuam solū p recessum a nō gradu. z istud a diuersis varie assignat. Nā qdam dicūt q; intensio sit per p̄purationē alicuius forme a suo contrario. Alij q; sit p maiore radicationē in suo subiecto. ita q; fm istos cōtingit eandē formaz penitus inuariatā fm suam essentia aliqd subiectū min; intensio de nominare. z postea magis. z similiter econtra. S; ista opinio nō est vera vt habet de

clarari in p̄ha zc. Sexta distinctio ē q; augmentatio tā intēsiua q; extēsiua dupl; potest ymaginari fieri. Vno modo subito sive in instanti sicut si sol aut aliud luminoso creare; in instanti in medio dyaphano z postea aliqd aliud creare; in eodē medio in instanti. patet. quia fieret ibi augmentatō luminis tam extēsiua q; intēsiua in illo secundo instanti. Alio modo p̄t ymaginari talis augmentatio fieri nō in instanti. sed successive continue tam fm extensionē q; fm intensiōne. ita q; data aliq; forma vt caliditate verū est dicere q; an; qualibet p̄t istius caliditatis prius fuit eius medietas fm intensiōne z extensionē. q; illa tota ps z sic fit successive p̄tinue. Unde p̄ declaratione istoz est hic videndū quid est aliqd fieri in instanti. Cū dico q; aliqd dicit; fieri in instanti qñ nulla eius ps p̄fuit anteq; illud esset.

Ex quo sequit; q; nō stat aliquod indiuisibile fieri z illud nō fieri in instanti. Patz qz nihil eius an; ipm p̄fuit cum ipm careat p̄ibus zc. Septima distinctio est q; augmentatio continua p̄t dupl; fieri. Vno modo p̄t fieri p̄tinue successive. Alio modo continue p̄manenter. Et hoc est. qz duplex est p̄tinuum. sc; p̄tinuū successive. z continuū p̄manēs. Ad cui; declarationē sciendū est q; aliqd d̄ p̄tinue successive augeri quōdo in quolibet instanti posteriori est magis intensum vel magis extēsum q; in aliq; priori. Ita q; nō est dare aliqd tps in augmentatione sic cōtinua in quo toto illud sit eque; liter intensum vel extēsum in qualibet p̄te sit equaliter zc. Octava distinctio est q; triplr p̄tingit aliquā formā acquiri successive cōtinue vel augeri. Vno modo solū extēsiue qz intensiōne nō habet saltē realit; graduales sicut forma subalis mixti. Alio modo solū intēsiue. qz extēsiōne non habet sic forme substantiaz spūaliū vt noticia vl amor intellectualis. s; nulla forma h; intensiōnez z extēsiōne qñ si fiat successio p̄tinua i extēsiōne fiat etiā z in intensiōe. Et s̄t ec̄tra. z hoc naturaliter loquedo. qz absolute oppositū est possibile. zc. **U** His premis sis pono aliq; p̄ponēs q; voco sup̄pōes. qz apd theologos mag; debet supponi et p̄ha q; in theologia p̄bati. Prima ē. aliquod subiectū p̄t fieri magis z min; tale sine alio q; q̄litas aut alteri; rei sibi inexistētis acquisitione vel deperditione. Patet.

qz sit. a. aliquod subiectū calidū vt octo. et sit. b. aliquod calidū vt quatuor. z sine mutatione ipsi⁹ a. angeat caliditas ipsius b. vsqz ad. viij. tunc fit magis simile. a. qz prius. et prius e contra. a. fiet magis simile ipsi. b. mō constat qz magis simile est magis tale. zc. Similiter quāto qz sit magis bonus ē deo similior. z p⁹ prius deus sibi simili similior qz prius. z tñ nullius fit in deo acquisitio. igitur zc. Unde sequit^r qz gradū p⁹ patōis positiūz suū p⁹ patium de aliq⁹ respectu eiusdem verificari successiue nō arguit illud mutari esse. Patet de deoz. vt dictuz est. Non nego tñ qñ vnum illoz mutet ad verificationē successiua talitū zc. vt patet.

Secūda ppositio est qd aliquod subiectū est tale vel aliqualē p aliquā qualitatem seu aliqūā formā accidentālē ab eo realiter differentē. Patet. quia ista est cōmunis doctrina paripatetica. cui etiam cōcordat fides catholica. que pcedit qz albedo ī sacramento altaris remanet sine subiecto. qz albedo fuit p⁹ in pane tanqz in subiecto. qd quidem subiectum p eam erat album.

Tercia ppositio est qd aliquod subiectū potest esse magis z minus tale p aliquā q⁹ litatem seu formam accidentālē. Patet quia aqua pōt esse magis z minus tale p aliquā qualitatem seu formā accidentālē. Patet. qz aqua pōt esse magis z minus calida p caliditatem sibi inherētem z eā informantem.

Quarta est qd aliquod subiectū nō pōt eē magis z minus tale p aliquā qualitatem seu formā accidentālē ipsa forma simplr nō variata in se intrinsece. Patet. qz cum quelibz forma de sua intrinseca rōne denoiat suuz subiectū cōcretiue illa denomiatio quā habet abstractiue vt patz in oibz inductive. sequitur qz ipsa nō potest ipm magis vt minus denoiare qz ipsa sit in tali denoiatione z qz sit pfecta intrinsece. z p⁹ prius non est ymaginabile qz ipsa simplr invariata fm se possit suū subiectū magis z minus dnoiare. Un sequit^r cōtra qsdam doctores qz nō pōt saluari qz eadē forma numero fm suā essentiam indiuisibil^r z simplr invariata. sicut calor vel alia forma siue substantialis siue accidentālis possit dare suo subiecto pfect⁹ et impfect⁹ esse. z facere ipm magis z minus tale z hoc ppter maiorē subiecti vel minorē dispositionē. vt vt qdā dicūt ppter maiorē vt minorē radicacionē in subiecto. aut depu-

rationem a cōtrario. Patet ex dictis. Et licet alio mō posset hoc multipl^r declarari. tñ de hoc remitto ad p⁹ hiam zc. Quinta ppositio est qz nulla forma potest suū formabile intēsius z remissiū denoiare. sine facere ipm magis z minus tale nisi p intentionē z remissionē ipsi⁹ forme in se. Seruata est qd nulla forma pōt suū formabile intēsius z remissiū denoiare sine noua aliquid cuius p⁹ acquisitione vel depditione patz aliter nō videt posse saluari qualiter ipsa esset de nouo intēsius vel remissiū in se. Un sequit^r primo qz in cuiuslibet forme intensiōne acquirat aliqūā reale realiter distinctam a forma priore. Secūdo sequit^r extra qsdam qz in tali acquisitione illud qd acquirat est eiusdem rōnis siue speciei specialissimē cum forma pcedente. Tercio sequit^r qz in tali acquisitione illud qd acquiratur remanet cū forma priore. Quarto sequitur qz illud qd acquiratur facit p se vnum euz forma pōre. Hec oīa sunt contra illos qd dicunt qz intensiō forme fit p acquisitionē nonne forme pfectioris qz pcedens. ita qz in subiecto nunqz sunt simul tales due forme quaz vna fuerit prius in subiecto qz altera sed simul adueniente noua corrumpit prima. Hec aut opinio pcedit aliquaz esse intensiōne continuam. ideo ex ea sequitur pmo qz quelibet forma que acquiratur dum durat intensiō solum est per instans z subito. Patet. qz si esset per tempus cū in tempore illo quo esset fit adhuc intensiō et p⁹ prius acq^ratur aliquid. sequitur qz pcedēt z sequēs imo multe sequentes erunt simul in subiecto contra eos. Secūdo sequitur qz qlibet talis forma acq^rit in instanti subito. patet clare. Et sic ista opinio est impossibilis zc. Septima ppositio est qz aliqua forma accidentāl^r siue q⁹ litas hz latitudinē diuisibile nō solū fm realē extēsiōne sed etiā fm gradualē intensiōne. Patz ex dictis qz ista p⁹ forma habet latitudinē valet de virtute fmonis istaz forma hz in se plures partes realiter distinctas faciētes p se vnum extēsum vel intensum zc. Un ad huius declarationē videndū est quid est latitudo qd latitudo intensiua. qd latitudo extēsiua z qd sit grad⁹ vt sumunt^r hic. Dico igitur qz latitudo sic h sumit^r cū loq^rmur de latitudine formaz est pl⁹ alitas distinctaz p⁹ cōstituentiū per se vnum extēsum vel intensū.

Sed latitudo extēsiua est pluralitas p⁹ cōstituentiū per se vnum quantū p⁹ tinuū. vñ nō capitur hic latitudo p⁹ apud mathematicos distinguit^r cōtra lōgitudinē. qm si ad ymaginationē mathematicoz eēt vna linea solū diuisibilis fm vnā dimensionē adhuc ipsa esset latitudo z haberet latitudinē. z de ea hic loq^rmur. Sz latitudo gradualis siue intensiua est pluralitas distinctaz p⁹ cōstituentiū p se vnum quantū intensum. Un quadruplex est quantitas siue quantū. Quedam est quantitas solū discreta sicut numerus angeloz. Alia est quantitas simul discreta z p⁹ tinua sicut numerus p⁹ cōstituentiū vnus corpus vt lapidis. Alia ē q⁹ litas simul discreta continua siue extēsa z etiam intensiua sicut numerus p⁹ cōstituentiū vnus q⁹ litat^r corp⁹ sicut caliditas zc. Alia est q⁹ litas simul discreta et intensiua sed nō p⁹ tinua vel extēsa. sicut numer⁹ p⁹ cōstituentiū vnus qualitat^r spūalis vt caritatis. Et sic q⁹ litas isto mō quanta potest esse in subiecto indiuisibili sicut in angelo vel anima. vt patet zc.

Sed gradus vt hic sumitur dicitur p⁹ alicuius latitudinis intensiue siue p⁹ alicuius forme alteri p⁹ cōstituentiū eiusdem coexistēs et secum p⁹ cōstituentiū p se vnum quantū intensum zc. Vt his sequunt^r aliqua p⁹ cōstituentiū sequit^r qz licet aliqua sit forma extēsa que nec est intensiua nec intensibilis. tñ nulla ē intensiua qz nō sit extēsa vel extēsiua. Prima pars patz de forma substantiali mixti sicut lapidis vel asini. Scda ps patet qz licz aliqua forma spūalis sit intensiua que nō est extēsa sicut est caritas vel scia in intellectu. tñ nulla videt repugnātia qñ de⁹ possz eaz extendere z vñ gradū alteri coexistentem ab alio separe z ei p⁹ tinuare. sicut qualitas corporis christi in sacramento est ibi intensiua z nō extēsa. z tñ deus p⁹ eam extendere zc. Scdo sequit^r qz licz qlibet forma extēsa possit esse z nō esse extēsa tñ nulla forma intensiua pōt esse z nō esse intensiua. Prima ps patz. qz sicut aliqua forma seu qualitas extēsa corp⁹ xpi existētis in celo pōt esse z d⁹ facto est nō extēsa in sacramento. ita possz eē de qualibet alia forma extēsa zc. Secūda pars patz. qz sicut nō est dare minimū qñtum p⁹ tinuū. ita non est dare minimū quantum intensum. z p⁹ prius qlibet ps forme intense est magis intensiua qz sua medietas. Et

sicut non est possibile quamlibet ptem continui a qualibet esse diuisam. ita impossibile est quamlibet ptem intensiua a qualibet eē separam zc. quare zc. Tercio sequit^r qz licet forme substantiales mixtoz eiusdem rationis siue eedem specie vt etiam pres eiusdem talis forme simul coexistērent. nunqz tamē facerēt latitudinē intensiua seu cōstituerent. Patet ex dictis. Quarto sequitur qz licet aliqua forma extēsa et nō intensiua sicut forma asini haberet modū existentie alicuius forme intensiue z nō extēsiue nō ppter hoc faceret latitudinē intensiua. Patet de corp⁹ christi in sacramento z potest faciliter applicari. Si aut queratur hic quare vna forma est intensibilis et alia non. sicut forma accidentālis z non substantialis. Dico qz nulla est ratio nisi quia vna est talis nature z alia non. Un dico qz nulla natura est intensibilis que non potest facere per se vnum cum alia eiusdem ratiois. sine maiori extēsiōne quātitatiua. sic autē est quelibet substantialis forma vt suppono zc. Octaua ppositio principalis z respōsiua ad istum punctum est qz aliqua forma accidentālis seu qualitas potest p⁹ tinue successiue augeri vel minui. nō solum fm extēsiōnem sed etiam fm intensiōnem. Patz satis ex predictis. Un eius ampliozem p⁹ bationem suppono ex p⁹ hia naturali. zc. Sed ad ipsius declarationē aliqualem sciendū est qz aliquam formā augmētari potest intelligi dupliciter. Uno mō de virtute fmonis et sic ista nunqz est vera. forma augmētatur. Nam illud qd augmētatur est primo minus z postea maius. sed nulla forma est primo maior z postea minor. quia nec prima pcedens nec sequens nec aggregatū zc. Alio modo potest intelligi fm intentionem loquentium. et sic per istam formā augmētatur. intelligimus istam aliquam formā prius est minor et postea aliqua forma est maior cuius pars est forma pōre. Et ita proportionabiliter potest exponi ista. forma minuitur. Et sic intelligitur predicta ppositio et omnia pcedentia et sequentia quando loquimur de augmētatione vt diuinatione zc. Et ad eundē sensum conceditur qz forma suscipit magis z minus idē aliqua forma est maior z alia eiusdem speciei est minor. Et sic illa ppositio est copulatiua non de copulato extremo.

Primi sententiarū

Z Sed contra predicta obijcitur primo contra quartam, pponem rei correlatum, quia sicut se habet agens ad agere, sic forma ad perficere et dare esse, sed idem agens numero in se non variatum potest magis vel minus agere sicut inuenitur subiectum magis vel minus dispositum, ergo similiter eadem forma numero in se non variata potest facere suum subiectum magis et minus tale sicut inuenitur dispositum. Secundo contra sextam, propositionem et dicta ibidem arguitur quod forma adueniens non remaneat cum potest, quia omnis forma nata est denotare suum subiectum, igitur si minor caritas et maior similes sunt, iste due denotabunt idem subiectum et per omnes idem subiectum dicitur magis carum propter maiorem caritatem et minus carum propter minorem caritatem. Tercio arguitur quod non sint eiusdem rationis nec faciunt per se unum, quia si sint eiusdem rationis quod quod faciunt unum, primo non unitate compositionis quasi una materia et una forma, nec unitate continuitatis clarum est, nec unitate homogeneitatis, quod homogeneitas non unum nisi per continuitatem, sicut aqua unum est que unum anima aie non unum est quod sunt homogeneitas nec unitate identitatis omnimode et simplicitatis clarum est, nec unitate aggregationis, quod sic esset acerum rerum innumerabilium et multitudinis infinitum. Nec potest propter istas unitates unitas alia imaginari, igitur etc. Quarto contra octavam, pponem arguitur quod nulla forma possit gradualiter augeri successive continue, quia sequitur quod forma sic incisa est infinita, omnis est falsum, pna pbat, posito quod albedo incisa per tepus scilicet, c. et sit b. pnum instans in quincipit intentio et c. instans in quo completa est tunc hoc posito arguitur sic, quod in infinitum minor albedo vel minor gradus seu pars albedinis est quod sit hec totalis albedo que est acquisita in c. instans fuit acquisita in tpe b. c. post b. instans ergo hec albedo demonstratio eam tota est infinita, pna tenet, quod quilibet pars albedinis acquisita post b. instans est alius quantitatis intensiue, sed nullum quantum est in infinitum minus alio finito, igitur illa tota albedo est infinita etc. Ad ista respondetur Ad pnum nego similitudinem. Na eodem modo pbaretur quod eadem forma potest dare esse diuersis subiectis, etiam situ distantibus sicut illud agens potest agere in diuersa subiecta, ut sol etc. Ad secundam dico

quod omnis forte dicitur finis sine inconuenientia de comuni modo loquendi non dicitur esse possibile idem esse magis album et minus album, quod per hoc quod dicitur minus album excluditur maior albedo. Unum aliquid est minus album duo dicitur, scilicet habere minorem albedinem et non maiorem, et ita minor albedo nata est denotare suum subiectum minus album solum, quoniam non habet maiorem albedinem, quoniam non habet nata est denotare non quidem dicitur hoc esse minus album sed dicitur hoc est tali albedine album. Et sic patet ad rationem. Ad tertium dico quod faciunt unum unitate homogeneitatis, et sic est assumptum falsum, scilicet quod nihil est homogeneum nisi continuu. Et dico quod faciunt unum se totis et non sicut sua ultima, quod non habent talia ultima sicut materia et forma quod unum in hoc sit dissimilitudo quod hic una non informat aliam. Ad quartam nego pnam. Et ad probationem pcedo quod in infinitum minor albedo est hec tota que est acquisita in c. fuit acquisita post b. ista tamen non est pcedenda, aliqua albedo in infinitum minor est hec tota fuit acquisita post b. Prima enim est vera, quod ibi ly albedo supponit pfulse tamen. Secunda est falsa quod ibi supponit determinate etc. Et sic patet ad ista. Et quoduis multa possent dici circa hanc materiam de intensione et remissione et latitudine formarum quod Deka et per eum magister Grego, et plures alij diffuserunt subtiliter tractauerunt, tamen quod hec materia ad metaphisicam et philosophiam spectat, breuiter pertransio bis contentus quibus subtilis potest cetera faciliter perscrutari. Et hec de primo puncto huius articuli.

AA Quantum ad secundum punctum Utz ipsa gratia vel caritas possit augeri ponam tres conclusiones. Prima conclusio est rursus quod caritas potest augeri. Probat primo auctoritate apostoli ad philippum, j. Dico ut caritas vestra sic magis abundet, id est crescat sicut glossam. Non orasset autem apostolus pro caritatis incremento si non esset possibile eam augeri. Item, j. Thess. j. Gratias ago quoniam super crescit fides vestra et abundat caritas. Item ecclesia orat dicens, omnes potentes sempiterni deus da nobis fidei spei et caritatis augmentum. Item Aug. dicit Ench. penult. minuit cupiditas caritate crescite etc. igitur conclusio vera. Secunda conclusio est quod caritas non solum subito et instantanee sed etiam in tpe continue potest augeri. Patet quia omnem formam

questio nona

